


12

87





1121.
Quod felix & faustum sit!
DISPUTATIO JURIDICA

De
SUCCESSIONE
FEUDALI TESTA-
MENTARIA,

1637, 8-5
17
Quam
Fortunante & auxiliante
DEO TER OPTIMO TER MAXIMO,
Approbante & corroborante
NOBILISSIMO ATQ; AMPLISSIMO IN INCLYTA JE-
NENSIUM ACADEMIA JURECONSULTORUM ORDINE
Patrocinante & moderante

Viro Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo

DN. ERASMO UNGEPAUERO,
JCO eminentissimo, Prof. P. celeberrimo, Con-
siliario Saxonico gravissimo, nec non Curiae Provincialis & Scabinatus
adfessore dignissimo, ut & Juridicae Facultatis Seniore honoratissimo,
Dn. Praeceptore ac Patrono suo summo honoris & observan-
tiae cultu atatem prosequendo,

In Jureconsultarum acroterio

Ad 9 Decembris diem

Horis matutinis

Publicae submittit censurae

CHRISTIANUS Deleff Plaviâ - Variscus.

*Sicut auri bonitas tunc facillime noscitur, quando alteri auro com-
paratur; Ita collatio sententiarum & doctrinarum valde illustrat verio-
rem & perfectiorem doctrinam. Herodotus lib. 7.*

J E N A

Sub calcographéo JOH - CHRISTOPH. WEIDNERI, Anno
M. DC. XXXVII,



ILLUSTRISSIMIS ET CELSISSIMIS
PRINCIPIBUS AC DOMINIS,

DN. JOHANNI PHILIPPO,

ET

DN. FRIDERICO WILHELMO,

FRATRIBUS GERMANIS,

Ducibus Saxoniae, Juliae, Cliviae

ac Montium, Landgravis Thuringiae, Mar-
chionibus Misniae, Comitibus de Marca & Ravensburg,
Dynastis in Ravenstein,

Dominis meis Clemencissimis,

Feudalem hanc disputa-
tionem publicam

Humillime

Subjectissimus

consecro

Christianus Deeleff/
Autor & Resp.





Hactenus enodas Civilis dogmata juris,
 Et quid distorti Justinianus habet.
 Jura Vasallorum jam tractas dexter, & arctas
 Feudorum solvis doctus, Amice, plicas.
 Crede Vasallus eris: Feudo Venus alma beabit
 Foemineo, & defert Diva virile Themis.

*Hac paucula, amico suo integerrimo
 gratulaturus, fundebas
 verius quam scribebat*

Martinus Schele
 Hamburgensis.

Detleve Eunomies sacratoris
 Cordum pectoris & mei medulla.
 Qua successio, quam relicta feuds
 Testamenta probare, codicilli
 Testatoris, & ultimata scissa,
 Dicunt poscere, publice resolvens
 Dum doctâ cathedram sonorus arte
 Replet, puncta merens bona Themistos.
 His fulgens Themis ipsa te allocuta
 Verbis dicitur: Heus cate o Sacerdos
 & Detleve meus, vire, perenna
 Cordum pectoris, & mei medulla
 Detleve Eunomies sacratoris.

*Ira eximio Dn. disputanti fratri suo amicissimo
 ex animo gratul.*

Andreas Ramdhor
 Alcanius Saxo.

Pes



PEr adornarvi il Re grande di cielo,
In vi, come chiare faville, cosperte
Molte virtude si belle e si diverse
Che l'opre Vostre son diletto e zelo.
Mà molti bramano mangiare, giuocare
Audar alla busca, viver politamentè
E con banchetti star sempre allegramente
E doppò festa con putelle danzare.
Voi Dellevo fate più saviamenta,
Quin di vi nasceranno coronne di Mirta
Perche di Saviezza havete li spirti
Che vi daranno carich' abondamente.

Per

*Dimostrar il suo caldissimo affetto e sviscerato
cuore verso il dottissimo signore Rispon-
dente amico suo inzucheratissimo questo
sa con allegria scritto*

Giovanni Titio Quedlin-
burg-Sassone.

Qui dubii laqueos solvis, latebrosaq; juris
Lemmata iudicii dexteritate tui.
Quas queso referet grates Themis aurea? rubra,
Serta gerenda tuis texet amica comis.
Et quondam patrias doctum te mittet ad oras,
Ut capias opera commoda mille tue.
Succedasq; tuo multa virtute parenti,
Quem tibi praclarum fata dedere virum.

*Ita ex intimo animi affectu & in
perpetui amoris symbolum*

*Dn. Conterraneo & commensali
dilectissimo adprecatur*

*Casparus Mostelius
Plavia-Varisc.*



Cum principium cujuslibet rei decens fieri debeat & amabile Deo *Nov. 6. in f. pr. futurum hoc omnino speramus, si in nomine Domini nostri Jesu Christi ad hanc disputationem pro solito Imperatoris sacratissimi Justiniani more l. 1. & 2. C. de off. pref. prator. Af. & aliis quam plurimis progrediamur; Quem etiam auctorem solum optamus & præsulem, ad ipsius præsidium respicientes,*

I.

Disputaturo igitur mihi de **Successione feudali testamentaria**, sequendum videtur præscriptum Jureconsulti Caji in *l. 1. ff. de O. 7.* qui monet, ut, antequam rem ipsam aggrediamur, cum præfatione aliquâ & repetitione eorum, quæ fortè lubentiùs nos ad lectionem propositæ materiæ producant, evidentiorèquæ, cum ibi venerimus, præstent intellectum. In quod ipsum ne & ego impingere videar, convenit præmittere modos acquirendi feudum; Quorum tres cum magnifico Dn. Arumzo Ordinario p. m. præceptore quòdam ac patrono meo atatè devenerado *disp. feud. s. th. 1. Borch. tract. feud. c. 7. n. 1. statuo: (nullà jã habitã ratione subtilis distinctionis inter feuda constituendi & acquirendi modos, de quibus Schneidew. Epit. f. part. 4. c. 1. n. 1. & alii plurimi)* Investituram, præscriptionem & successione. **Ultimam** hanc assumo, quæ Jure civili vel ex legum, vel hominum provisione & dispositione descendit, unde duplex perhibetur; legitima sive ab intestato, vel testamentaria. Cum autem non minùs hæc quàm illa legum & jura constituentium permissione atque autoritate præcedente fieri debeat, *l. si quis. ff. qui testam. fac. poss. l. 120. & 130. de Reg. Jur.* Et hæc testamentaria in jure feudali non sit speranda, *c. un. pr. de success. feud. l. f. 8.* Ideoque sit, ut, *argumento l. quandiu 89. de R. 7. & l. an*

nomine
de
aliquis

aliquis

Modi feudi
acquirendi
tres.

Successio
duplex.

A

180



regulam. §. C. commun. de success. illa pro regulari & ordinaria habeatur; hæc verò ut in jure nostro feudali exulet, tamen dari adhuc casus & exceptiones diversas diversos apud Feudistas hinc inde videre est, quibus emergentibus meritò quis anomalam & heteroclitam prodire successionem dixerit. De quâ, paulò penitiùs impræsentiarum differere collibet.

Testamen-
taria est
anomala.

H.

Regula.

Ex methodi lege igitur priùs de regula seu analogia successionis feudalis dispiciendum esse arbitror, postea verò attendendum, quâ in parte aut per contrariâ cõsuetudinem, aut per pactum, aliamve specialitatis rationem à generali nomothesia & Jur. f. providentia deflectatur; naturâ enim prior est analogia anomalo, regula exceptione, per ea, quæ tradit Cagnolus in l. 1. n. 15. de R. J. Esto ergo Regula, quæ habetur in cap. un. pr. de success. feud. 1. f. 8. verbis: nullâ ordinatione defuncti in feudo manente vel valente; cujus validitas ut eò magis clarescat, hisce sequentibus stabiliri poterit rationibus. Primò enim satis firmat regulam ipsa natura feudi inalienabilis, quæ manifesta est; si enim omnis alienatio & dispositio in præjudicium eorum, quorum interest, prohibetur. c. un. §. donare, qual. olim pot. feud. al. 2. f. 9. c. un. vers. præterea, de cap. Corradi. 2. f. 40 c. imperialis. de prob. f. al. per Lotbar. 2. f. 52. c. imperialem. de prob. al. f. per Frid. 2. f. 55. utique & ea, quæ testamento fit. Non enim infrequens est ab actu inter vivos prohibito vel concessio ad actum mortis causa argumentari. l. servum filij. 44. §. 5. de leg. 1. l. successorij eius. 12. ff. de negot. gest. t. t. Inst. de leg. Fus. can. roll. Secundò. Ex hac ipsa ratione promanat altera, quòd in tali prohibitione alienationis omninò aliorum vertatur jus, non tantùm Domini, sed etiam cæterorum heredum verorum feudaliùm: Illius quidem, tum ratione proprietatis. l. id quod nostrum 11. de R. J. tum quòd aliàs magnum pateretur præjudicium, si ipsi invito alterius fortè sanguinis argumento c. adoptivus. si de feud. defunct. cont. sit inter & c. 2. f. 26. aut potentior Schneidew. epit. feud. p. 6. n. 3. obtrudatur Vasallus; Horum verò, ne jus quæsitum in spe ex investitura primi acquirentis ipsis intervertatur. Dn. D. Arum. disp. f. 6. tb. 3. Vult. de feud. lib.

8.

l. c. 9. n. 73. Tertio non leviter stringit, quod feuda exemplo
ususfructus in l. 3. §. 3. ff. quib. mod. usufr. vel usus am. §. pen. Inst.
de usufruct. ad vitam Vasalli data & concessa intelligantur, ita
ut eo mortuo vel ad ipsum Dominum vel ad agnatos sint reca-
sura, unde necessariae restitutioni subjacent. *Andr. de Isern. ad
c. un. de eo, qui sibi & hered. n. 1. vers. hoc est regulare.* Quae au-
tem necessariae subjacent restitutioni, alienari nullo possunt
modo *auth. res que C. commun. de legat.* Quarto quia Dominus
perpetuam beneficii auctoritatem merito sibi reservat, ut cui-
cunque de stirpe feudum obvenerit, is non alium sed Domi-
num agnoscat beneficii autorem. Jam autem de iis tantum-
modo testari permissum est, quae ad heredem non aliunde, sed
beneficio testatoris perveniunt. l. 22. §. 1. in f. ff. de adopt. de suo
enim non alieno liberalem esse oportet, c. filius extr. de testam.

III.

In tantum autem regula nostra procedit, ut nec ab aliis Amplia-
casibus, licet favorem aliamve probabilem rationem con-
tinentibus, se non patitur opprimi. Nam primo nec <sup>Amplia-
tiones re-
gulæ,</sup> pro anima, ut loquitur Feudista in c. un. §. donare, qual. olim
feud. pot. al. 2. f. 9. quem sequitur Fridericus Imp. c. imperia-
lem de prob. feud. al. 2. f. 55. disponere Vasallus quicquam po-
test, quam opinionem communem testatur *Rosentb. in Synops.
jur. feud. c. 7. conclus. 3.* quem sequitur *Vultejus de feud. lib. 1. c. 9.
n. 71.* quod ipsum etiam valere de qualibet aliâ piâ causâ asserit
*Schöner. lib. 1. disp. feud. 6. th. 22. lit. a. Goth. Anth. disp. f. 5. th. 8.
lit. a.* Nec enim favor piæ causæ aut Ecclesiæ hâc quicquam
efficit, quippè quod ipsa pia causa hunc sibi dependi detrectet
*textus elegans in c. un. vers. sed diversum. de alien. feud. 1. f. 13. bis
verb. Ecclesia enim cultrix & auctrix Justitiæ non patitur contra
Justitiæ aliquid fieri in se, sive alterum; privatus verò sepè obviam
Justitiæ.* Hinc quæsitum est, an talis ordinatio procedat de
jure Canonico. Affirmat *Schradervus tract. feud. part. 7. c. 2. n.
4.* quem sequuntur *Schöner. & Goth. Anton. dictis locis.* Negat
Vultejus dict. loc. Setzer. disp. f. 7. th. 2. lit. c. Posterioribus acce-
do (1) propter generalitatem §. donare. 2. f. 9. (2) quia ipsum
jus canonicum non excusabit delictum Vasalli contra consen-
sum



sum Domini & agnatorum feudum alienantis. (3) absit potius, ut Ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amitti, & damnis lucra quærat, *c. fraternitas 11. in f. caus. 12. quest. 2.* Huc annectenda venit quaestio mota à Rosenbal. *synops. feud. c. 7. conclus. 5.* An datâ à Domino licentiâ testandi de feudo, Vallus possit hoc Ecclesiæ relinquere? quod cum eodem neg. tum per *c. un. de feud. al. 1. f. 13.* (quod quamvis per Lotharii constit. *2. f. 52.* sublatum, & novissimè per Fridericum *2. f. 55.* interpolatum sit, rationem tamen sublatam esse non puto, uti in simili casu argumentatur Curt. Jun. *tract. feud. part. 4. n. 131. in f. fermè,* quæ est, quod Ecclesia non desinat esse heres, atque ita feudum Ecclesiæ semel incorporatum, nunquam ad Dominum reverteretur, unde magnum pateretur præjudicium, in quod non præsumitur consensisse. *Gadd. disp. feud. 7. th. 1. lit. a. Vultej. d. c. 9. n. 80.*) tum quod semel Deo dicatum ad usus humanos ulterius non sit transferendum. *c. semel 51. de R. 7. in 6.*

2. Secundo nec valebit talis dispositio, licet princeps hanc autoritate suâ confirmet; hic enim uti nec cuilibet alii bona temerè auferre potest. *l. 43. pr. ff. de vulg. & pup. subst.* ita nec Domino nec aliis jus quaesitum habentibus hoc detrahere ipsi licitum erit. *Rosenb. c. 7. conclus. 7. Vultej. d. c. n. 83. Setzer. disp. feud. 7. th. 2. lit. c. inf. Dn. Arum. d. f. 6. th. 7.*

3. Tertio patrem quoq; inter liberos de feudo disponere, & uni plus alteri minus relinquere, vel etiam totum prælegare non posse asserunt, quod an & quatenus procedat, commodius infr. th. 12. sumus perpensuri.

4. Quarto nec pater feudum filiz pro dote in testamento obligare posse, patet *argum. c. un. §. donare. qual. al. pot. feud. al. 2. f. 9.* & referunt ex Jacobin. de S. Georg. Schraderus *d. loc. n. 10. Schön. d. disp. th. 22. lit. b.*

5. Quinto neq; æstimatio tali casu, ubi feudum testamento relictum est, debetur; quamvis enim re alienâ legata, nî redimi possit, rei debeat æstimatio. *§. non solum. 4. Inst. de legat. tamen hoc exaudiendum, ubi res elogio ultimæ ordinationis subiecta est, ut patet ex ipso §. alleg. Dn. D. Arum. disp. feud. 6.*

ib.

ib. 4. æstimationis enim præstatio merito respicit ad ipsius rei præstationem, quæ si deficit nec jure juvatur, & illa cessat. *l. 39. §. 7. 8. 9. & 10. ff. de legat. 1.* cum nullum quod est ipso jure, nullum possit producere effectum. *l. non dubium. §. C. de ll. notissimum* autem est feudum in commercio non esse; quippè quod non nisi Domino consentiente alienari possit. Et hanc opinionem communem testantur *Curt. p. 4. n. 126. in lim. §. Schrad. d. e. 2. n. 9. Vulcej. lib. 1. c. 9. n. 72. Schön. d. disp. tb. 23.* Præcisè tamen attendendam monent testatoris voluntatem, de quâ si aperte constet, ut illi omninò debeatur æstimatio, cui feudum relictum est, fieri hæc debeat non à successore feudali, sed allodialium bonorum. *argumento l. si quis inquilinos 112. pr. ff. de leg. 1. Gotb. Anton. d. 5. tb. 8. lit. a.* Feudo verò Ecclesiæ aliive piæ causæ relicto, an tunc debeat æstimatio, non immeritò quaeritur quis? Adhuc nego propter durantem adhuc rationis supra positæ, ut & textus §. *donare. 2. f. 9. generalitatem, Vulcejus 1. de feud. c. 9. n. 72. in fin. cui consentire videtur Dn. D. Arum. dicto ibi. Gotbofr. in not. ad d. §. donare. lit. 2.*

IV.

Stante itaque cum suis rationibus & ampliationibus firmiter regulâ, de exceptionibus imposterum dicendum erit. Exceptio-
nes regulæ
 Cum, juxta illud in omnibus doctrinis tritum & decantatum axioma, nulla regula tam firma sit, quæ non suas notabiles patiat exceptiones & limitationes. Regula enim quæ non habet exceptiones, non est regula, sed principium, juxta illud Philosophorum. Dictum autem supr. ch. 2. in regulâ propositâ: nullâ ordinatione defuncti, &c. quæ verba quamvis ad Vasallum referenda esse non tantum *ex sup. allegato c. un. pr. 1. f. 8.* sed etiam rationibus suppositis satis appareat, tamen non abs re esse puto, hoc quoq; in aliqualem revocare considerationem, quòd ordinatio testamenti fiat vel à Domino vel Vasallo.

De Domino an possit de feudo, utpote de sua proprietate, disponere quaeritur? Iterum distingvendum; aut enim rem suam in testamento concedit in feudum, aut de feudo semel concesso disponit. Prior casus prorsus incidit in illam quaestio- De Domini testa-
mentaria
dispositio-
ne.

A ; nem:



nem: an feudum ut contractu, ita & testamento constitui possit? Video negantem Giphanium in suis dictatis feudalibus cap. 8. ubi rationem profert duplicem, 1. quod nullus in toto jure feudali extet textus de hac quaestione, 2. naturæ feudi, quæ in fide & fidelitate consistit, absonum putat, ut quis sibi Vasallum paret post mortem. His verò non attentis absq; ullâ titubatione affirmativam teneo, quia ususfructus etiam constitui potest testamento. §. 1. Inst. de usufr. feudum autem nihil aliud sit quàm ususfructus. c. un. in fin. in quib. caus. feud. amitt. 2. f. 23. Dn. D. Arumæus disp. f. 6. tb. 4. & disp. 1. tb. 23. Deinde quod ipsi concessum inter vivos, concessum esse debet multò magis in ultimis voluntatibus. t. t. Inst. de leg. Fus. Can. toll. Wesenb. tmët. feud. c. 6. n. 6. Virgil. Pingit z. in prælect. feud. quest. 6. de his qui feud. accip. poss. ubi simul de success. Occasione prædictorum & adjunctâ deliberatione, quòd feudum nullo modo constitui possit absque investiturâ, c. un. quib. mod. feud. const. poss. 1. f. 25. mihi nolenti volenti decidendam se offert quaestio, an investitura fieri possit testamento vel ultima voluntate? Affirmare necesse habeo; maximè quia investitura etiam fieri potest per promissionem, quæ cum interdum ipsum investiendi actum præcedat, interdum etiam cum ipso conjuncta sit (quod posterius tamen plerunq; fieri dicit Schön. lib. 1. disp. f. 5. tb. 6. lit. c.) non absurdum erit dicere, quòd in testamento non quidem ipsum, constituatur feudum, sed obligatio quædam, quâ hæres teneatur ad implendam promissionem atque ad ipsam corporalem feudi traditionem, c. un. §. item hæredes. de not. feud. 2. f. 58. Rosenthal. c. 6. conclus. 2. & 3. Vult. d. c. 9. n. 15. & tb. Schön. d. loco. tb. 8. & seq. Ratio rationis est, quòd ex feudi promissione agi possit ad tradendum, de quâ Dn. D. Arumæus d. f. 5. tb. 7. Rosenthal. d. c. 6. conclus. 4. Alterum distinctionis sup. traditæ membrum erat, an Dominus de feudo semel concesso possit disponere? duplex iterum occurrit consideratio: De ususfructu quod non possit, nullum est dubium, quicquid enim non potest Vasallus de proprietate Domini, hoc non posse Dominum de ususfructu Vasalli dicendum est. argumento c. un. in f. de form. fidel. 2. f. 6. c. un. §. 1. de consuetudin. rect. feudi 2. f. 33.

De

De proprietate igitur sit quaestio; Adhuc nego, quod quidem dispositionem Domini inter extraneos attinet. Interest enim Vasalli, ne alius ipsi obtrudatur Dominus; Inter suos agnatos verò, ad quos aliàs proprietates esset perventura concedo cum Vultejo *lib. 1. de feud. c. 9. n. 84 Gædd. disp. f. 7. tb. 1. lit. c. in f.* Quò pertinere videtur quaestio, an Dominus possit uni ex heredibus suis Vasallum assignare? quam habet *Jacob. de Ardizon. c. 37. vers. si verò Dominus. pag. (mibi) 181.* ubi affirmat, & rectè.

V.

Dominum dimittimus, Vasallum accersimus, de quo solùm, ut dictum est, regula loqui videtur: Quando igitur hunc de feudo testari posse contigerit, poterit hoc vel de ipso feudo ut feudo, vel de realiquâ feudum quàm proximè accedente: De feudo ipso valebit dispositio 1. per contrariam consuetudinem. 2. per pactum. 3. qualitate & naturâ ipsius feudi. 4. consensu Domini cæterorumque verorum heredum feudali. 5. forma & modo à Jure feudali in ordine succedendi præscripto.

VI.

1. Contrariam consuetudinem hoc posse, ut de feudo in testamento disponere licitum sit Vasallo claro clarius est; hæc enim non solùm optima legum interpret *l. 37. ff. de ll. perhibetur, & à Zasio in l. contumacia ff. de re jud. magistra practicæ appellatur; sed etiam totius juris feudalis auctrix & fundatrix existit argumento rubricæ *jur. feud.* Meritò igitur reverentia eidem tanquam matri debetur, quod vult Baldus *conf. 318. circa fin. lib. 2.* & ideò hanc feudali juri iterum derogare feudariæque disciplinæ indolem superare posse statuendum erit. Neque etiam ipsa consuetudo talem sibi legem statuere & imponere potest, à quâ non iterum recedere etiam liceat; fortè non ineptè dixerò *ex l. si quis 22. pr. de legat. 3. & l. si ff. de recept. arbitr.* Ita sentiunt *Schneidew. p. 6. n. 12 Schrad. p. 7. c. 2. n. 14. Vult. c. 9. n. 8. Schönner. d. disp. 6. tb. 29. Goth. Ant. d. f. 5. tb. 8. lit. b.**

VII.

2. Subsequitur pactum in continentî contractui feudali Pactum ad.

adjectum, alibi pactio, *c.un. ut Vasall. sumpt. dom. serv. prest. 2. f. 107.* Item tenor investituræ, *c.un. §. preterea. quid sit investit. 2. f. 2. c.un. §. 1. casus quib. fam. in feud. succed. 2. f. 104.* appellatum, quod cum omni feudorum naturæ derogat, imò contra communem feudi rationem contractum feudalem formet ac reformet. *d.c.un. §. preterea. 2. f. 2. c.un. de duobus frat. à cap. invest. 2. f. 18.* non est dubium, quin hoc inter privatos (contrahentes sc.) tantum possit, quantum consuetudo ipsa generaliter & in universum disponens. *Consentit Schneid. d. p. 6. n. 13. Sebrad. diff. loco n. 13. Vult. c. 9. n. 80.*

IX.

3.
Qualitas
& natura
feudi.

3. Qualitate & naturâ ipsius feudi Vasallus testari potest: Hanc dupliciter considero, in genere & in specie.

In genere de omni feudo dispositio testamentaria est concessa, quod per se est alienabile, & cadit sub licitam alienationem, de quo loquitur *c.un. de feudo non hab. prop. nat. 2. f. 48.* Ubi enim alienatio ibi & heredis institutio permittitur. *l. si quis 8. §. certum. 2. C. de secund. nupt. & alienatio est omnis actus per què transfertur dominium. l. 1. C. de fund. dotal. Borch. de feud. c. 7. n. 6. Schönner. lib. 1. diff. feud. 6. 1b. 28. lit. a.* Specialis qualitas & natura feudi æstimanda potissimum ex subsequente hâc divisione, quando FF. hoc partiuntur in hæreditarium, & id quod dicitur ex pacto & providentiâ. De quâ divisione me paulò explicatiorem reddere cogor, hæc enim probè intellecta perutilis & necessaria erit ad multas quæstiones difficiles eò feliciùs & expeditiùs dirimendas. Et quamvis FF. in hâc explicanda, valde dubii, inconstantes, & inter sese mente & calamo discrepantes sint, quorum varias ac multiplices explicationes prolixo catalogo collegit *Vultejus de feud. lib. 1. c. 9. n. 23. usq. ad 34.* (tantum enim abest, ut conveniant FF. & de hâc communem alant opinionem, ut potiùs communiter, quæ magis communis sit, dubitent) tamen illa tandem mihi resedit opinio: Feudum hæreditarium esse, in quo non tam jure sanguinis, quam jure hæreditario in ipso investituræ tenore expresso, atque ita non secundum juris feudalis, sed communis juris dispositionem succeditur, puta: Si pacti sint Dominus & Vasallus, ut
feu-

feudum pertineat ad Vasallum & ejus filios heredes ut heredes. Feudi igitur ex pacto & providentia definitio consistet in casibus supr. in feudo hereditario rejectis, nimirum: ubi successores veniunt jure sanguinis, secundum specialem jur. feud. dispositionem; Unde etiam consecrarium est, quod hoc omnino sub feudi proprii, illud verò improprii cadat species. Cujus opinionis autores sunt præcipui & maximæ autoritatis FE. Jacob. de Belviso c. un. an agnat. vel fil. 2 f. 45. in verb. Si paternum fuerit & feudum simplex & rectum. item in c. un. de eo, qui sib. & her. in fin. Andreas de Ifern. c. un. de investitura de re alien. fact. 2. f. 8. vers. quid ergo si pretio. n. 8. in verbis: Item si esset datum eo tenore, ut filii succederent sicut heredes non ex pacto & providentia & c. & in c. un. § hoc quoque de success. feud. 1. f. 8. n. 7. Et feuda quadam hereditaria esse pluries à se dictum ipse restatur. d. c. un. de investit. de re al. fact. in fin. n. 8. quos solidissimè sequitur Hartman. Pistor. lib. 2. q. 1. n. 57. & 82. cum seqq.

Quamquam non negem feudum hæreditarium non esse destitutum pacto & providentia tum concedentis tum accipientis; Et contra feudum ex pacto & providentiâ sapere naturam hereditariæ qualitatibus, unde tertiam addunt speciem, mixtum sc. de quo Jul. Clarus. lib. 4. recept. Senz. c. 9. Vult. de feud. lib. 1. c. 9. & passim. Verum an sano sensu, dubito per tradita ab Harm. Pistor. q. 3. n. 58. pag. (mibi) 186. Ne igitur à scopo dilabar, semel datam distinctionem ita applico concludens; quod in feudo hæreditario Vasallus omnino pro arbitrio testari possit; quia habet hoc instar cujushbet alterius rei patrimonialis sive allodialis. Vult. d. c. 9. n. 74. Gædd. in pral. feud. c. 4. conclus. 5. Goth. Anton. disp. f. 5. tb. 8. lit. c. Sunt tamen qui hoc tantum in dispositione inter eos, qui aliàs essent successuri, non verò inter extraneos procedere putant, nullum requirentes illo casu Domini consensum, hoc verò omnino, de quibus Vultej. d. loc. quod etiam velle videretur Schönner. d. disp. tb. 28. lit. d. & e. Verum durante adhuc rationis generalitate & feudi hereditarii naturâ, statuo, quod de tali feudo Vasallus sine Domini consensu adhibito extra familiam disponere possit. Goth. Ant. d. l. Rittersbus. qq. feud. lib. 1. c. 12. q. 6.

B Cui

Cui in tali testandi licentia non ab simile est feudum id, quod datum est pro se & heredibus quibuscunque vel quibus dederit, militat namque hinc generalitas verborum (heredibus quibuscunque) quæ in tantum operatur, ut veniant hi, qui aliàs successionis feudi sunt incapaces. *arg. l. 1. §. permittitur. 41. ff. de aq. quot. & estiv. Curt. p. 4. n. 130.*

Non obstat illud Baldi *ad c. un. §. 1. qual. ol. feud. pot. alic. referente Curt. d. loc. quod verbum (quibuscunque) recipiat restrictionem de habilitate, arg. l. tutor. 35. §. 1. de jurej. & l. u. gradatim. 11. §. 1. ff. de mun. & honor.* Benè enim respondetur, quod talibus verbis generalibus utantur vel leges vel homines; Priori casu restrictioni locum superesse, ne aliàs generaliter intelligendo inducatur aliorum correctio, *contra l. un. C. de inoff. dotib.* Posteriori verò nequaquam, ne cuilibet adimatur, jus favori pro se introducto renunciandi, *contra l. pen. C. de pact. Curtius d. loc. cui consensit Dn. D. Arum. disp. f. 6. th. 6.*

Ex jam dictis enata est maximè dubia & intricata quæstio: An his casibus feudum foeminae relinquere possit? in quâ decidenda Molinæus *in add. ad Alex. consil. 30. n. 11. vol. 1.* & Garzon. *tr. de fœm. ad feud. admitt. restrict. 2. (referente Breunning. disp. feud. 3. th. 23. lit. a. & b.)* ingenuè fateantur, quò magis legerint, eò minùs discernere potuerint. Quod tamen nego (1) *per c. un. §. filia. de success. feud. 1. f. 8.* (2) *junct. c. un. de feud. non hab. prop. & c. 2. f. 48.* Feudum enim licet in uno propriam naturam mutet, in reliquis tamen retinet, per ea quæ habet. *Hartm. Pist. q. 14. lib. 2. n. 37. Vultej. dict. loc. Gothof. Anton. d. disp. th. 8. lit. c. Breunning. dict. loc.*

IX.

Feudum
pro se &
legitimis
heredibus
quale?

Proximum nunc esset alterum assumere distinctionis membrum, feudum nimirum ex pacto & providentia, sed priùs lubet proponere aliquid de tali feudo, quod concessum est pro se & legitimis ex corpore descendantibus heredibus; Hoc autem non sine ratione, video enim inter Dd. dubietatem maximam subesse, ad quamnam speciem hoc ipsum feudi genus sit referendum? Post multam verò lectionem Dd. probè quidem differentium, ego incertior longè, quàm dudum, redditus, & quò

quò commodè quæstio hæc esset collocanda nescius, in bivio
eam ponere arbitratus sum, at non eâ intentione, ut (quemad-
modum Cicero alibi de Philosophis ait) saltem hanc propone-
re, nihil tamen certi statuere vellem; Potius ergo (cùm talis in-
vestitura formâ hodiè in Germaniâ maximè usitata, teste *Hare-*
mann. Pistor. 2. quæst. 3. n. 59. & 64. inf. cum Zasio loco ab ipso al-
legato, & per consequens svasu l. 25. ff. de liber. legat. plenius tra-
ctanda) ita me explico: Feudum concessum pro se & heredibus
legitimis, ex corpore descendentibus. *Sür sich vnd seine männ-*
liche Leibes Erben/ Vel: Sür sich vnd seine männliche eheliche ge-
bohrne Leibes Erben propius ad hereditarium feudum accede-
re quàm ad illud, quod dicitur ex pacto & providentia: Ratio
quia hoc efficit vocabulum (heredibus) quod primas meritò
obtinet, quo paulò altiori mentis indagine inspecto, depre-
hendimus, hoc de jure communi importare qualitatem here-
ditariam, & ideò rem pro se & heredibus acquisitam etiam
talem efficere. *l. heres. 37. de acquirend. hered. l. hereditas. de R.*
7. Unde receptum est, ut quantumvis alioquin familiæ vel san-
guinis jure succedatur, tamen per hujus vocabuli adjectionem
qualitas feudi regularis mutetur, & in hereditariam transfor-
metur. *Cujus opinionis est Curt. Jun. p. 4. n. 132. in f. ut & Hartm.*
Pist. 2. q. 3 per tot. ubi hanc quæstionem in terminis terminantibus
solidissime (pro more suo) tractat. Et huc etiam spectat, quod *sup.*
thes. preced. ex Jacob. de Belvis. & Andrea de Isern. prolatum &
probatum est, feudum hereditarium esse improprium, Quam-
vis autem istud (vocabulum heredibus) contrariæ opin. Do-
ctores interpretentur tantùm de filiis, & *ex c. un. §. nisi clientu-*
lus. de alien. feud. 1. f. 13. eliciant, quòd ubicunque in jure feu-
dali mentio fiat *heredum*, perinde hoc sit, ac si dictum esset *filio-*
rum, & per consequens hoc ex pacto & providentiâ (cujus so-
lius hoc proprium) esse statuunt; Tamen optimè responderi
potest, (1) quòd vocabulum filiis non sit sufficiens ad efficien-
dum feudum ex pacto, sed omninò hoc dependere ex feudi
ipsius naturâ, quæ in sanguine, non qualitate hereditariâ con-
sistit. *Hartm. Pist. d. q. n. 28. & 29. 46. & 58.* (2) feudi ex pacto &
providentia formam non esse positam in proprietate vocabuli

(filiis) quia filios succedere omninò competit etiam hereditario feudo. *Hartm. Pist. d. 9 n. 25.* His ita expeditis, longè majori injiciunt dubitationis scrupulum verba hæc in investitura posita: Für sich vnd seine geborne männliche Leibes Leibes Erben? Adhuc respondeo, tale feudum pro hereditario habendum esse. Licet enim vocabulum hîc appositum Leibes Erben ejus videatur efficaciam, ut in feudo successuros separet à cæteris hæredibus aliàs Leibes Erben nominatis, atque ita eosdem non qualitate hæreditariâ sed sanguinis jure (quod ipsum feudi ex pacto & providentiâ proprium esse supr. dixi) primâ fronte succedere faciat; nihilomâgis tamen proprietatem vocabuli hæredis vel Leibes Erben eversam & exterminatam esse judico. Potius acriter notandum, vocabulum Leibes Erben concernere non diversitatem bonorum, feudalium sc. ab allodialibus, sed personarum sive successorum, ita ut exclusis iis, qui aliàs feudi sunt incapaces; ut feminae, clerici, surdi, muti, &c. hi tantum, utpote capaces, admittantur.

Quæ omnia hæctenus à me prolata vel satis probari & declarari ex c. un. §. similiter. 2. de lege Cornad. 2. f. 34. (per quod et jam supr. allegato c. un. §. et si clientulus. de alien. feud. 1. f. 13. lux affertur) vel autoritate præstantissimi Juri & Practici Hartmann. Pist. loco alleg. n. 68. in fin. muniri poterunt. quæ mea opinio etiam juvatur in exactissimo consilio viri aliàs magnæ autoritatis Ludovici Fachsi, etiam ab ipso Hartm. Pist. allegati, his verbis notatu dignis: PP. Dann gemeinlich stehen die Leibes Erben mit diesen Worten: Wir leihen ihm vnd seinen rechten Leibes Leibes Erben: daß das Wort (Erben) mit eingeführet wird/also daß die Söhne vnd descendentes das Lehen nicht annehmen/vnd das Erbe fahren lassen können / vnd ob man gleich sagen wolte/das Wort (Erben) so im Lehenbrieff steht / referire sich auff die Lehenbrieffe/so folget doch darauff die Antwort, daß es geschehe ad excludendas filias, die nicht Leibes Erben seyn / item zu Ausschließung der Leibes Erben / welche / ob sie wol Söhne/doch des Lebens nicht fehtig seyn/ als Pfaffen/ Wahnsinnige / Lahme/ Stumme vnd dergleichen.

Hæc

Hæc ita, de feudo pro se & heredibus legitimis ex corpore descendentibus concessio, aliquantulum uberius & explicatius à me allata non (uti spero) pro alienis habenda, quin potius factura non solum (mihi) ad meliorem modernorum feudorum cognitionem, sed etiam eò commodiorem decisionem quæstionis hujus ad hanc materiam pertinentis: an de tali feudo Vasallus testari possit? (In quâ proponenda (quantum quidem mihi hæcenus videre licuit) Dd. plerumq; talibus quærendo utuntur verbis: an de feudo mixto ex pacto & providentia hereditario Vasallum testari liceat? Sanè, non sine confusione vocabulorum maximâ; Sed quicquid sit, meum jam non est pluribus hoc examinare, potius concedo, ne ludamus in verbis, modò re conveniamus, atque in omnem eventum aliquam statuamus differentiam, etiam à *Pist. q. 1. n. 47.* concessam, nimirum feudi hujus hereditarii, de quo nostra est concepta quæstio & ejus, quod etiam ad extraneos heredes transit, & vulgò merè aut simpliciter hereditarium vocatur, de quo locutus sum *supr. c. 8.*) Igitur & hoc scrupulo, qui mihi remoram facere forsitan potuit, semoto, talem quæstioni subjicio responsum: Quod valeat dispositio tantum in præjudicium heredum, nõ verò ipsius Domini. Ratio posterioris est; quia omnis dispositio de feudo per Vasallum facta in præjudicium Domini est nullius momenti. *Jul. Clarus recept. sent. l. 4. quæst. 40. n. 2 & 3.* prohibitio enim alienationis feudi fundata est in favorem Domini, *ext. in c. imperialem. pr. 2 f. 55. Curr. p. 4. n. 95. lim. 2.* Sive inter liberos sive extraneos facta sit, *per tradita ab Harim. Pist. q. 4. n. 64. eò quòd textum c. un. pr. de success. feud. l. f. 8. loquatur in puncto non interveni consensu Domini & tamen in equalè filiorum successionè prohibeat.* Prius verò, quod de præjudicio heredum dictum est, ita intelligo, ut in feudo novo & filiis & agnatis; in antiquo verò filiis tantum, non agnatis præjudicare possit, *Jul. Clar. recept. sent. lib. 4. quæst. 40. n. 2. Vultej. de feud. c. 9. n. 75. 76. & 79.* Rationem hanc addo, quia filii semper & indistinctè feudum beneficio patris & medianre ejus personâ acquirunt, *arg. c. un. an agnat. vel fil. 2. f. 48.* agnati verò, licet proximo præcedenti eos certâ ratione succedere dictum sit *infr. thes. 15.*

B 3 vers.

vers. nam de hoc &c. tamen nihilominus rectè primo acqui-
renti potissimum tale feudum acceptum eosdem referre dicè-
dum est. *Videatur Vultej. d. c. 9. n. 104. vers. intelligo, ibi: Res eo
recidit junct. n. 114. vers. ita fit cum seq.*

X.

De feudo
ex pact. &
provid.
novo.

Questio.

Jam ad supr. th. §. traditum alterum distinctionis mem-
brum, feudum ex pacto & providentia, à quo nihil prorsus dif-
ferre dico illud, quod simpliciter concessum est, *per tradita ab
Hartmann Pist. q. 1. lib. 2. n. 16. & quest. 2. n. 30.* Hoc autem iterum
duplex apparet; Novum & antiquum: De novo feudo an Va-
sallus in præjudicium filiorum testari possit, maximè dubia var-
riisque Dd. opinionibus obtensa quæstio est, ut meritò cum
*Jason. ad l. 2. C. de jur. Emphyt. n. 210. de hac Virgilianum illud
hemistichion usurparit quis: Hinc atq; hinc vastæ rupes. Et
quamvis FF. in utramque partem admodum speciosè & pro-
babiliter argumententur; Ego tamen ad Magnif. Domini D.
Arumæi Ordinarii p. m. præceptoris quondam mei honoratif-
simi & desideratissimi sententiam revolutus, affirmativam am-
babus amplector ulnis; quippe quæ non solum crebriori clas-
sicorum J. F. Interpretum calculo recepta, verùm etiam tam
expressis textibus quàm aliis communiter approbatis Saniorū
Dd. rationibus magis consentanea sit, secundum quam etiam
non respondendum solum, sed vel maximè judicandum mos-
derna præstantissimi J. Cti & Practici, teste *Hartm. Pist. lib. 2. q. 4.
n. 44. in fin.* arbitrantur.*

Ratio 1.

Primo enim firmum & immotum stat fundamentum,
Vasallum sibi ipsi primario feudum acquisivisse, sibi que potis-
simum eodem prospicere voluisse; In hujus enim solius
voluntate positum fuit beneficium accipiendi vel non,
Nam invito beneficium non datur, per vulgatum. Se-
cundario autem & per consequentiam demum liberis, qui-
bus regulariter quidem, eo defuncto, feudum debetur (ad
quod posterius spectat omne quod dicitur, filiis esse quæsitum
jus in feudo acquisito per patrem. *c. un. §. & quia vidimus 1. de
his qui feud. dar. poss. l. f. l. c. un. in fin. in quib. caus. feud. am. 2. f. 23. &
aliis text.*) ita tamen ut per patrem ipsis hoc iterum adimi possit.
Nam

Nam quod pater suā provisione & industriā acquisivit, quid nō
etiam liberè de eo disponere possit? Huic confectarium est,
quòd ubi filios patri tali modo in feudo succedere contigerit,
patri feudum acceptum ferre omninò debeant; non enim nisi
mediante patris personā filius ad feudum pervenit.

Et hæc ipsa aliàs à multis anxie quæsita ratio est diversita-
tis inter filium & agnatum (quòd sc. hic repudiata hereditate,
nihilominus feudum retinere possit, ille verò filius utrumque
aut agnoscere aut repudiare debeat) quæ habetur *in c. un. an
agnat. vel fil. c. 2. f. 45. c. in c. un. §. filius de capit. qui cur. Vend.
2 f. 51.* quam suggerit Jacob de Belviso *ad d. c. un. an agnat. vel fil.
c. c. ibi: Sed quæ est ratio c. Cujac. ad d. c.* Huic itaque propo-
siti rationi si adjungamus Domini consensum, quem omninò
requirimus, satè vel sola sufficiens erit ad obtinendum id, quod
volumus. In qua etiam ratione nobis viam quasi sternit ipse
Feudistarum auriga Andreas de Isernia *in c. un. de alien feud.
pat. vers. etsi libellus n. 11. in verbis: Et sic demum habet successor,
si manet in eodem statu, quòd non sit alienatum.* Quem gregatim
sequuntur quàm plurimi allegati ab Hartm. Pist. *lib. 2. q. 4. n. 23.*
Utrò verò ponamus filiis aliquod jus quæsitum, quod maximè
urget novissimè Bocerus *tract. qq. de success. feud. c. 1. q. 1.* Solidè
tamen respondet Dn. D. Arum *disp. feud. 6. th. 5.* tale jus tantum
in spe consistere, ita ut facto parentis hoc adimi possit, *uti patet
ex prædictis.*

Secundò textus satis perspicuus habetur, quòd filii na- 21
scituri teneantur stare tali patris pacto, ut sc. filii ex primo ma-
trimonio iis debeant præferri. *c. un. de fil. nat. ex matr. ad mor-
gan. c. 2. f. 29.* Si ergo hoc valet de nascituris, quid nō de jam
natis; quoniam illi cum his pari gaudent jure ac favore, *arg. S.
cum autem 4. Inst. de tutel.*

Tertiò firmum necdè potest argumentum *ex c. si Vasallus 31
culpam. si de feud. defunct. content. c. 2. f. 26. c. un. si Vasallus
feud. priv. 2 f. 31.* Ubi dicitur, quòd pater delinquendo filiis præ-
judicet; nullà habita distinctione an feudum sit novum vel an-
tiquum. *c. un. §. fin. ibi: si tamen beneficium fuit paternum, quæ fuit
prim. caus. ben. am. 2 f. 24.* quod etiam perspicuè ostendit Andr. 22
de

de Ifern. ad d. c. un. §. f. n. 51. vers. si verò non in Dominum & c. in
verbis: nam in omnibus culpis propter quas perdit pater feudum
sive ad Dominum redeat sive non, semper filius privatur. Cui con-
sentire videtur Curt. p. 5. n. 9. dum dicit; respectu feudi novi tam
esse verum, ut nullum invenerit discrepantem, & in seqq. tali
casu feudum antiquum pertinere ad agnatos remotiores, quod
etiam satis apparet ex d. c. si Vasallus culpam 2. f. 26. Si ergò per
delictum imò generaliter in omni facto, ut testatur Schrad. p. 7.
c. 2. n. 20. hoc poterit pater, multò magis per favorabilem te-
standi modum hoc ipsi licitum erit l. i. C. de SS. Eccl. Dn. D. Aruo
meus diss. f. 6. ib. 5.

4. Quartò & ultimò notum est, jure nostro feudali, ubi de
revocatione feudi alienati agitur, tantum agnatis hanc esse
concessam, mentione de jure filiorum planè sopitâ, quod in
super probatur per c. un. de alienat. feudi patern. 2. f. 39. c. un. §.
porro, ibi: si tamen feudum erat paternum, qual. olim feud. pot. & c.
cui planè correspondet c. un. §. f. 2. f. 24. Hartm. Pist. q. 4. n. 47. &
48. & q. 13. n. 33. & 63. Accedit nostræ rationi c. un. §. si verò de
alien. f. 1. f. 13. in quo dicitur, quòd feudo alienato cum Domini
consensu, stabilis permaneat alienatio, nullâ habitâ distinc-
tione an filios reliquerit, nec ne. Cùm enim filii (quamvis aliàs
non ut hæredes, sed ut filii atque ita non hæreditario, sed san-
guinis jure succedere in hoc feudo ex pacto & providentiâ di-
cantur) nihilominus tamen successionis jure feudum à patre
obtineant, ideò adhuc omninò tenendum esse statuunt, ut
etiam hâc in parte factum patris præstare debeant. l. 14. C. de
R. V. Hartm. Pist. d. loc. Haud dubiè ob hanc ipsam rationem
ferè in omnibus juris feudalis textibus quotiescunq; filiorum
firmentio, exprimitur hoc per vocabulum heredes, ut patet ex
c. un. §. hoc quoq; de success. feud. 1. f. 8. c. un. §. et si clientulus. de
alien. feud. 3. f. 13. c. un. §. similiter. 2. de leg. Corrad. c. un. §. si verò
vel totum. qual. al. feud. pot. al. 2. f. 9. & passim.

Accedit etiam, & confir. mat rationem ultimam, c. Titius.
si de feud. defunct. cont. sit. & c. 2. f. 26. Ubi dicitur in posteriori §.
parte, quòd agnatus proximior feudum revocare possit, vivo
adhuc Titio filiosq; proprios habente; nullo manente penes fi-
lios revocationis jure. His

His ita rationibus commotus affirmativæ accedo sententia, aliis hinc inde à Dd. traditis lubenter omissis; forsitan in conflictu plura in medium afferendi, & ad contraria respondendi dabitur occasio.

XI.

Quod in novo feudo hætenus obtinuit, adhuc difficilius procedit in antiquo; in hoc enim Vasallus in præjudicium agnatorum nullo modo testari potest, nisi ipsi etiam expressim vel tacite cõsentiant. Nã hi per primi acquirentis investituram fundatam & radicatum habeat jus quæsitum, *c. un. pr. de alienation. feud. patern. 2. f. 39.* quod ipsis invitis neque per Vasallum feudum possidentem, neque per Dominum, imò ne per principem auferri & interverti potest. Non per Vasallum: quia hi pari gaudent jure beneficio simultaneæ investituræ sibi quæsito, quæ ipsa ratio est, de quâ *Curt. p. 2. n. 15. in f. quòd investitura feudi antiqui potius præcedentis confirmatio, quam nova concessio dicatur;* Unde etiam fit, ut agnatus non tam ipso defuncto, quàm primo acquirenti succedere censeatur. *c. un. de eo qui sib. & her. & c. 2. f. 17. c. un. de feud. march. 1. f. 14. Dn. Arum. d. f. 2. thes. 39.* imò suo proprio jure ex primâ concessione feudum obtineat. *Andr. de Isern. in c. imperialem. 2. f. 55. vers. prætere a ducatus. n. 38. in f. ibi: censentur plures, & c.* Non per Dominum: quia quod ipsi semel placuit, amplius displicere non debet. *l. sicut 5. C. de O. & A. Hartman. Pist. q. 20. n. 23. & q. 6. n. 1.* Non per principem: propter rationem *supr. tb. 3. ampliat. 2. positam.*

De feudo
ex pact. &
prov. anti-
quo.

XII.

His ita, quæ de variis feudorum generibus allata sunt, expeditis, eò commodius subnecti simulque decidi poterunt exinde emergentes & omninò huc pertinentes quæstiones. Quæstiones huc pertinentes:
Prima autem esto hæc: An pater uni filiorum feudum totum prælegare, vel uni plus alteri minus relinquere possit: in quâ enucleandâ necessarium est arduam difficultatem in tantâ Dd. varietate distinctionis foedere componere. Reassumo igitur datam distinctionem inter feudum hereditarium; & ex pacto

C

&

& providentia: De illo concedo, secutus *Curtium p. 4. n. 132. in f.* additâ ratione; quia in tali feudo non potest quis succedere, nisi sit heres ejus, cui succedit; per consequens debet ejus factum præstare. *l. cum à matre C. de R. V.* De hoc subdistingvo: de novo affirm: quia cum Vasallus hoc possit planè adimere, & extraneo concedere (quo in casu loquitur *thes. 10*) quid nî inter liberos pro lubitu de tali disponere ei liceat? de antiquo secùs per *thes. precedent. Rosenthal. c. 7. conclus. 8. juncta conclus. 26. consentit quoad antiquum. Vultej. c. 9. n. 79. Julius Clarus recept. sent. quest. 40. n. 5. & 6.* Quæritur igitur, An in feudo antiquo Rex disponere, & illud in personam unius filii transferre possit? Respondeo quod sic; concurrente tamen (1) utilitate & bono publico, quod accidere potest in feudo jurisdictionali, civitatum, castrorum, &c. Propter discordias enim, quæ ex præsentium communione oriri solent. *l. in re communi. 26. ff. de serv. urb. præd. l. 77. §. 20. ff. de legat. 2.* publicè utilius est subditos regi per unum quàm plures. *l. 2. §. novissimè. 11. ff. de O. J. c. in apibus 41. caus. 7. q. 2. Curt. Jun. p. 4. n. 132. in pr.* (2) jure primogenituræ observato, ne secundogenitus primogenito præferatur. *Schrader. tract. feud. p. 7. c. 2. n. 3.* quod esset contra legem divinam, & humanam consuetudinem; nisi hic ad gubernacula sit minùs idoneus, *Schöner. lib. 1. d. f. 6. thes. 21. lit. b. & c. Rittershus. tract. feud. lib. 1. c. 15. quest. 9.*

XIII.

II. Ex prædictæ quæstionis fonte emanavit & hæc non minoris ambiguitatis & difficultatis: An feudum veniat in petitionem hereditatis, & in fideicommissi restitutionem? Illius meminit *Andr. de Ifern. ad c. un. de success. feud. vers. Et olim n. 7.* Hujus verò *Curt. Jun. p. 4. n. 133.* Utrique distinguunt quidem inter feudum hereditarium & non hereditarium, sed adhuc distinctius procedere operæ pretium esse puto, ne remaneat aliqua ambiguitas: Nam in utramque hoc posterius non venire, minus habet dubii. Sed quid de hereditario dicendum, quod duplex apparet, per *tradita sup. tb. 9. vers. Hæc ita & c.* Resp. affirmando de utroque, cum *Harim. Pist. quest. 1. n. 62. & 63. quest. 14. n.*

n. 37. & 38. *Schrader. p. 7. c. 5. n. 44.* additâ ratione: Positâ enim qualitate & successione hereditariâ, necessariò etiam ejusdem effectum exinde dependentem poni necesse est. *Cujus etiam opinionis, quoad petitionem hereditatis, videtur Rosentb. c. 7. conclus. 24. lit. c. quoad fideicommiss. restitutionem verò optimè distinguit c. 7. concl. 10. & duabus seqq.*

XIV.

Sequitur hinc alia quæstio: Nunquid feudum computetur in legitimam filio debitam. De feudo ex pacto & providentia antiquo negandum videtur, huc enim spectat, quod ex aliis refert *Vultejus lib. 1. cap. 9. n. 116.* legitimam in feudo verò non detrahi, & ratio est, quòd in legitimam illa tantùm imputentur, quæ immediatè à patre ejusque bonis proficiscuntur. *l. quoniam novella. 29. inf. l. omnimodo. 30. §. imputari. 2. & l. scimus. 36. pr. vers. repletionem. C. de inoff. testam.* hoc autem non tam à patre, quàm ex pacto antecessorum quæsitum est, ut docet *Vult. d. loco.* Unde in feudo novo cum hoc omninò occasione patris filio obveniat, *ut supr. satis ostensum est,* secùs esse arbitrator, quam distinctionem perspicuè approbant *Curtius p. 4. n. 134. inf. Hartm. Pist. lib. 2. quest. 38. Rosentb. c. 7. conclus. 14. & 15.* De hereditario verò indistinctè affirmo, quia feudum tale censetur pars hereditatis, quæ non recipit separationem à toto. *Hartman. Pist. d. loco. Schrader. p. 7. c. 5. n. 43. & 44.*

XV.

Hic etiam decidenda venit quæstio mirum in modum controversa: An filius repudiatâ hereditate retinere feudum possit, an verò utrumque simul aut agnoscere aut repudiare necesse habeat? Et si hoc posterius fortè dicam, an hoc etiam trahendum sit ad agnatum? Cautè satis procedendum puto, ne intricatissimis Dd. explicationibus maximè discrepantibus in errorem dilabi videar. Et quidem dari inter filium & agnatum diversitatem, manifestè constat *ex c. un. an agnat. vel fil. 2. f. 45.* Sed eo ipso dum quis in diversitatis hujus rationem inquirat, & illustrationem sperat, fit, ut nisi solidis distinctionibus facem sibi præferat, planè & plenè in errorum tenebras deducatur. De quali igitur feudo in d. c. feudista loquatur, Dd.

C 2

non

III.

IV.



non conveniunt; quibusdam de hereditario, quibusdam de feudo ex pacto & providentia existimantibus: Mihi autem opinio eorum, qui id feudo ex pacto & providentia assignant, non solum veritati magis consentanea, sed & receptior videtur, ipsiusque c. verbis convenientior; hocq; propter unicam eamque solidam rationem, quia in d. c. haud dubie locutus est feudista de feudo proprio, quod patet ex verbis appositis: *Si paternum fuerit. Jacob. de Belvis. in d. c. ubi ita explicat: Si paternum fuerit, & feudum simplex & rectum, & in c. un. de eo qui sibi vel hered. & c. in fin.* Tale proprium autem feudum est id ipsum, quod ex pacto & providentia dicitur; Improprrium vero est hereditarium. Nam de hoc posteriori nullum erat dubium, quin & filius & agnatus feudum cum hereditate simul vel retinere vel repudiare debeant; ratio paritatis inter hosce duos hæc dari potest; quia in tali feudo hereditario agnatus æque cogitur esse successor proximi præcedentis, quàm filius patris. Videatur *Harrm. q. 2. n. 15. 16. 17. & 37.* quod etiam de feudo hereditario, quod mixtum vocant, rectè arguit *Vultej. lib. 1. c. 9. n. 114. vers. ita fit & c.* Hoc ita expedito, ratio diversitatis, quæ in d. c. habetur, vera dari potest hæc (cujus etiam mentio facta est *supr. tb. 10. rat. 1.*) quòd filius etiam tale feudum acquirat non quidem jure hereditario, attamen verò jure successio- nis à patre intermedio tale jus sanguinis, quod à primo habet, sibi conciliante *Harrm. Pist. q. 4. n. 47. inf. Vult. d. c. 9. n. 114. vers. In feudo ex pacto & c.* & per consequens absonum æquitati foret, ut patrem, cujus beneficio feudum acquirit, lædat. Interest enim memoriæ defunctorum, ne careant successoribus, § 1. & 2. *Inst. qui & ex quib. caus. man. non poss.* Agnatus verò potius primo acquirenti illud acceptum referat. *Jacob. de Belvis. Cujac. Dn. D. Arum. locis sup. tb. 10. alleg.* Cui etiam accedit hæc ipsa; quòd in jure feudali non strictæ rationis, sed consuetudinis habeatur ratio: *c. filii nati. si de feudo defuncti content. sit int. Dom. & agnat. Vas. & c. 2. f. 6. Dn. D. Arum. disp. feud. 6. tb. 33.*

XVI.

De feudo franco,

Sed ne cum qualitate & naturâ feudi totius disputationis hujusmutem naturam, atque à scopo præfixo deflectam, unicu-



cum hoc adjicio, quid statuendum de feudo franco, an de hoc
 ce testari Vasallus possit? Hujus quæstionis nodus ex eo solo
 dependet; an tale feudum cadat sub licitam alienationem, si
 enim hoc impetravero, habeo quod volo; Verum vix est, ut
 alienari possit. 1. propter contemptum ipsius Domini, qui in-
 dubitanter exinde præsumitur *arg. c. un. de form. fidel. in verbo*
utile, 2. præjudiciū agnatorum. Et quamvis FF. cōmuniter con-
 trariū teneant, inter quos est ipse Curtius *part. 1. q. 8. n. 31. & p. 4.*
n. 117. maximè urgentes formam fidelitatis, quòd sc. in hanc nō
 contineatur, feudum tale non posse sine Domini consensu
 alienari: Vel quod perinde puto; quòd hoc non specialiter
 sit prohibitum. Tamen quòd hoc erui possit non video, potius
 retorqueo, dicens: Hanc ipsam ob rationem, quoniam in for-
 mā fidelitatis unicum hoc exceptum & limitatum est, quòd sc.
 feudum ratione servitorum pacto adjecto remissorum debeat
 esse liberum, ideò fit, ut feudum in hoc tantummodò de gene-
 rare, in aliis verò propriam naturam reservare censeatur. *c. un.*
de feud. non hab. propr. natur. 2. f. 48. dispositio enim limitata
 limitatum producit effectum, *l. 2. & 3. ff. de serv. exportand. Dn.*
D. Arumæus d. disp. feud. 6. tb. 8. Gædd. in prælect. feud. c. 8. conclus.
n. Gothofr. Anton. d. 5. tb. 8. l. 1. e.

XVII.

Progredior ergo 4. ad consensum eorum, quorum inter-
 est: tum Domini, tum cæterorum heredum feudaliū, quo Consensus
 interveniente, dubium nullum est, quin valeat dispositio. *arg.*
c. un. de alien. feud. patern. 2. f. 39. cum quilibet tantum de jure
 suo remittere possit, quantum sibi competere novit. *l. pen. C. de*
pañ. Duplex autem apparet consensus; Verus sive expressus, & Duplex
 præsumptus sive tacitus. Ille interponi potest vel ab initio, Expressus
 vel ex post facto. *Jacob. de Ardizon. c. 102.* De illo expeditum
 est, per proximè præcedentem rationem generalem, & plurima supr.
tradita. Schrader. p. 7. c. 2. n. 15. Schneidew. p. 6. n. 5. Ubi simul po-
 nit formulam einer Bewilligung vnd confirmation eines sol-
 chen Testaments/ his verbis: Von Gottes Gnaden wir Augu-
 stus etc. & subseqq. vns derowegen vnterthänig vnd demütiglich
 gebeten/ dieweiln er wüste / daß ihwe solche Vermächtnis auff
 dem



Dem Ritterlehen/ausserhalb vnserß/ als des Land vnd Lehenfür-
sten/Bewilligung vnd Bestetigung nich zustünde / noch kräftig
seyn köndte / daß wir solch sein Testament gnädiglich getüchten
zu bestetigen vnd confirmiren. So haben Wir demnach ge-
dachs N. sondere trewe vnd fleissige Dienste / die er vns gethan /
vnd die Ursach ihn darzu bewegend / sampt seinen vnterthänigen
fleissigen bitten gnädig angesehen. Bestetigen vnd confirmiren
derowegen / aus besondern Gnaden / dasselb sein Testament vnd
Vermächtnis/etc. & final; Doch vns vnd vnsern Erben / an vn-
sern Ritterdiensten / auch männiglich an seinem Rechten vn-
schädlich. Zu vberkund etc.

Vel:
per ratiha-
bitionem.

De consensu interposito ex post
facto, sive per ratihabitionem majorem dubitationem subesse
video, cujus ratio est, quod dispositio sine prævio consensu fa-
cta sit ipso jure nulla, *c. un. pr. de success. feud. l. 8. ibi: nulla or-
dinatione defuncti manente vel valente*, Ergo huic ratihabitione
accedere non possit; quia non entis nullæ qualitates, nulla ac-
cidentia. Hoc tamen non obstante intrepidè concludo: Hanc,
uti ab initio, ita & per ratihabitionem interpositam optimè
valere. (1) quia & posteriorem voluntatem tuetur Prae-
tor, *l. 1. §. prodest. 14. ff. quorum legat. Jacob. de Ardiz. d. c. 102.*
(2) quorsum enim spectaret ratihabitionis naturâ in *l. f. C. ad
Scrum Maced. §. l. 25. in f. C. de don. inter V. & U. expressa*?
(3) Certum est, agi hîc tantùm de eorum, quorum interest præ-
judicio, quod ipsum causa & impedimentum est, quò minùs
valeat talis dispositio; Hoc igitur sublato, quod fit interve-
niente horum consensu, tollitur quoq; effectus. *Andreas de
Ifern. c. un. de prohib. feud. alien. per Frid. 2 f. 55. n. 14. in f. Curt. p. 4.
n. 138.* (4) solidum est fundamentum, quòd ibi omninò
locus sit ratihabitioni, ubi consensus alicujus non est quiddam
autorizabile, sed manet in terminis consensus simplicis. Hic
autem certissimum est, quòd consensus non requiratur ut
autoritas, sed quatenus spectat ad commodum ejus, qui con-
firmat, *Videatur Ifern. d. loco. quem optimè sequitur Wesenb. par.
de autor. & consens. tut. n. 5. in med.* Quod verò supra allatam
objectionem, quæ nullitatem urgebat, attinet, hanc ipsam nul-
litas esse assero; quia notum est, quòd ubicunq; actus est
nui-

nullus favore tertiæ personæ, ejus rati habitio convalidat actū.
Curt. d. p. 4. n. 138. Sed longè gravior & ardua magis extrui po-
test contra thesin meam objectio, attento hoc, quòd, quamvis
ponamus rati habitio nem per se valere, tamen adhuc quæstio
sit, an valeat in præjudicium heredis jus, ante in spe, nunc verò
per mortem testatoris in re habentis? Talem ergo figuro casum: Casus figu-
ratiō:
Vasallus de feudo suo novo in testamento disponit, simulque
in tali testamento decenter implorat Domini consensum; Va-
sallo mortuo, hæres ejus putat se jus, quod ante in spe habuit,
nunc per mortem testatoris in re habere; quæritur inde, an
Dominus, talem dispositionem ratam habere volens, possit
hoc in præjudicium hæredis? Rationes dubitandi possunt dari
hæ; 1. quia, dum Domini consensus est in suspenso, interim
jus quæsitum sit radicatum, & ita hæres plenariè feudum ac-
quirat. Nam sine dubio feudum ad vitam Vasalli intelligitur
concessum, *Et ita ab interpp. communiter traditum esse testatur*
Harm. Pist. q. 4. n. 18. (2) accedit hoc, quod urget *Hartman.*
Pistor. d. q. 4. n. 87. ex Andr. de Isern. c. imperialem n. 15. de prob.
feud. al. per Frid. 2. f. 59. Consensum legitimo & congruo tem-
pore interponi debere: cujus etiam opinionis est *Schöner. 1.*
diss. feud. 9. th. ult. lit. d. Verùm hæ duæ rationes, quæ potissi-
mum pro negativa facere videntur, tanti ponderis non sunt,
ut me à communiori & veriori affirmativa commoveant.
Nam quale quæso concedamus filio jus quæsitum, quod effi-
cax sit ad impugnandam non modò Domini ratificantis, sed
& defuncti voluntatem? Sanè omninò nullam. Compe-
teret enim hoc hæredi filio vel ex ipso contractu feudali; vel
jure successionis irrevocabilis: non ex illo; quia ubicunque ex
aliquo contractu alicui tertio nullo ipsius proprio interveni-
te facto jus partum est, ibi nudâ concedentis voluntate iterum
potest adimi. *text. in l. 3. de serv. export.* at verò absurdum pla-
nè est, ut filiis contra mentem & intentionem contrahentium
vivente adhuc Vasallo, tale irrevocabile jus quærat *arg. text.*
l. 3. §. 1. ff. de O. & A. Imò hoc posito, non concessio, tamen
nihil obstat, quò minus mutuo consensu recedere possint. *l. ni-*
hil naturale de R. J. Et his rationibus passim utitur ipse *Hartm.*
Pist.

Pist. d. q. 4. Non ex jure successionis; quia hoc à patre, cu-
jus beneficio filius succedit, interventi potest, quod solidè de-
monstratum puto *supr. thes. 10. mt. 1.* Quod verò de consensu
tempore congruo interponendo dictum est, illud etiam parum
urget. Nam (1) ea ipsa rati habitationis natura est, ut consensus ad
legitimum congruumque tempus retrahatur. *l. f. C. ad Sciū
Maced. l. 25. C. de don. inter V. & U.* In hoc enim differunt
mandatum, quod *precedit. t. t. ff. mandati.* autoritas, quæ ipso
actu statim interponi debet. *S. tutor autem 2. Inst. de autorit. tut.*
rati habitio, quæ semper sequitur, retrahitur tamen, per text.
all. Andr. de Ifern. ad c. imperialem. n. 14. 2. f. 55. consensus, qui
omni tempore intercedere potest, per ea quæ tradit *Wejenb. par. de
aut. & consens. tut. n. 5.* (2) nihil hinc operatur autoritas *Andr.
de Ifern.* minus convenienter allegata ab *Harrm. Pist. d. loco.*
loquitur enim *Ifern.* ibi expressè de alienatione Vasalli inter
vivos factâ & feudum nondum erat traditum: quo casu lubens
consentio, ratio: quia per traditionem feudum non erat trans-
latum. *arg. S. per traditionem Inst. de R. D.* In mea verò propo-
sita facti specie nullo modo dissentire puto *Andream de Ifern.*
cujus autoritate motus in hanc descendi sententiam. *per tradi-
ta n. preced. 14. de prohib. feud. al. per Frid. 2. f. 55.*

XII X.

Tacitus.

Tacitum sive præsumptum consensum hunc nomino, ubi
Vasallus de feudo testatur Domino vel agnatis præsentibus &
non contradicentibus. Hoc enim casu quin valeat dispositio,
dubium mihi non est, licet aliis sit: propter rationem solidissi-
mam, quod ubicunque quis potest contradicendo actum im-
pedire, ibi præsentia cum taciturnitate operatur consensum;
quam per se firmam & à *gloss. in l. Cajus ff. de pign. act. & l. que
dotis ff. sol. matrim.* communiter approbatam testatur *Curt. p. 4.
n. 137.* cui consentiunt *Schneid. p. 6. n. 8. Rosenthal. c. 7. conclus. 9.
Schrad. p. 7. c. 2. n. 17. Vultej. c. 9. n. 82. Dn. D. Arum. d. f. 7. thes. 14.*
Pro clausula eorum, quæ de consensu dicta sunt, hoc addo:
quòd quemadmodum Dominus potest talem dispositionem
confirmare in suum, non verò agnatorum præjudicium, *Dn.
D. Arum. d. f. 7. th. 13.* ita & unius agnati consensus non habeat

præ-



præjudicare subsequentibus & postmodum successoris. *Schneider. d. loc. an verò & filiis? bene distingvit Curt. p. 4. n. 150. inf. videri etiam potest Ifern. in c. un. n. 6. & 7. de success. feud. f. 8.*

XIX.

5. Vasallus testari potest de feudo, si hoc fiat modo & forma à jure feudali præscripta, ut: si eum instituat hæredem, qui aliàs successorus fuisset. *Curt. d. p. 4. n. 129. Gothofr. Ant. d. f. 5. th. 8. lit. f.* quod quidem expeditum adeoq; inaniter quæsitū videtur, maximè cum hoc non tam ex vi testamenti sive testatoris voluntate, quàm ex juris feudalis dispositione, quâ solâ hoc successiois jus metimur, procedere statuendum sit. *juxta Vult. d. c. 9. n. 81.* nihilominus tamen aliqualem remanere effectum, probat ex aliis *Schrader. p. 7. c. 2. n. 18.* quòd sc. is, qui ita est institutus, habeat petitionem missionis in possessionem bonorum feudaliū ex l. f. C. de edict. D. Hadrian. toll.

3.
Forma à j.
f. præscri
pta.

XX.

Absolutis jam casibus feudum ipsum ut feudum concernentibus, consequens est alterum thesios s. membrum assumere, dū quàm & de re feudum quàm proximè accedente dispicere: *Dere feud. proximè accedente.*

Primò igitur de fructibus feudi Vasallum testari posse, ita ut possit heredem condemnare, ut certam fructuum quantitatem, quæ recolligitur ex fundo feudali restituat, certū est, quia hoc fit non de re tanquam feudali sed allodiali, *arg. c. un. verbis: sed in fructibus an agn. vel fil. 2. f. 45.* quemadmodū etiam aliàs non dicitur alienatio rei, ubi alienantur fructus separati ab illa re. *l. 9. § 1 ff. de donat. Curt. p. 4. n. 106. in fin. Schneid. p. 6. n. 11. Borch. c. 8. n. 58.* addit Schönerus aliam rationem. *d. f. 6. th. 30. lit. b.* quæ est, quòd in hoc neq; Domino neq; agnatis præjudicetur. Sed hæc ansam mihi præbet distingvendi, & tūm Schöneri tūm th. meæ mentem explicandi. Fructus autem occurrunt alii percepti, alii percipiendi. De illis planè nullum est dubium, quo casu intelligendus est Schönerus. De his verò est concepta thesis. Aggredior igitur ulterioris explicationis gratiâ *Schraderū p. 7. c. 2. n. 25.* distingventem, inter fructus ejus anni, quo Vasallus moritur, de quibus idem statuit. *arg. c. un. §. his consequenter. bte fin. lex. 2. f. 28.* De percipiendis annorum futurorum distingvit

D in.

inter feudum ex pacto; & hæreditarium. *Andr. de Ifern. loco ab ipso alleg. à quo non alienus Curt. d. loco.* Sed quid de usufructu; an de hoc testari possit Vasallus? i. e. an usumfructum in feudo constituere possit? Videbatur idem dicendum, quod de fructib. propter *l. cum ita. 41. de usufr. legat.* ubi concessio usufructus & fructuum eodem recidunt. At verò omninò neg. (1) quia nequid inter vivos Vasallus hoc potest, talis enim usufructus constitutio cadit sub speciem alienationis. *l. f. C. de reb. al. non al. Dn. D. Arum. d. 7. tb. 7.* (2) quia nulla servitus feudo imponi potest. *c. un. de invest. de re al. fact. 2. f. 8. c. imperialem. 2. f. 55.* hoc tamen præsupposito; ubi sc. feudum deterioratur. *d. c. un. 2. f. 8. §. 1.* Quod verò sup. dictum est de æquipollentia usufructus & fructuum, illud non est $\pi\epsilon\tau\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$, ut patet ex ipsa *l. allegata.* potius hæc duo longè differre, videre est in *l. 43. ff. de evict. l. un. quand. dies usufr. ced. Jacob. de Ardz. c. 113. Curt. p. 4. num. 106. Schrad. p. 7. c. 2. n. 11.*

XXI.

Eum, qui jus pignoris in feudo est adeptus, posse de tali jure, ut inter vivos, ita quoq; in ultimâ voluntate disponere statuo: His duobus tamen præsuppositis, ut pignus ab initio vel accedente Domini consensu, vel taliter constitutum sit, ne possessio à Vasallo ad alterum transferatur, quod de hypothecatione Dd. statuunt *Andreas de Ifern. c. un. de prob. feud. al. per Loth. 2. f. 52. vers. facit commentum n. 6. Curt. p. 4. n. 95. Berch. c. 8. n. 60.* Aliàs corrueret tota thesis, quâ ita suffultam ulterius stabilio. i. quia hæc non loquitur de feudo ipso, sed de obligatione pignoris in feudo cõstituta, quæ pro allodiali censenda est, quod vel (1) inde probatur, quia hæc obligatio tanquam accessoria sequitur naturam suæ principalis, debiti nimirum. *l. 26. §. 2. de pact. dot. c. accessorium. de J. R. in 6.* principalis autem sine dubio allodialis est, arg. *l. si pactum. 9. ff. de probat.* vel (2) quia res præsumitur potius allodialis, quàm feudalis. *c. inter filiam. si de feud. defunct. c. 2. f. 26.* 2. Semel legitimo modo in alium translatum & alienatum, liberè postea in heredes transferri potest. *l. videamus. 17. ff. quot met. caus. junct. l. 38. §. quindecim. ff. de leg. 3.* Ex quâ ratione benè præsumitur Domini in hanc ulteriorem

alienationem & transmissionem consensus. *arg. l. 12. §. 4. de usis*
& hab. Schrad. p. 7. c. 2. n. 26. & seq. Gothofred. Anton. d. f. 5. thes. 8.
lit. g. Setz. d. f. 7. thes. 4. lit. d.

XXII.

De pretio ex feudi venditione redactio: Cujus assertionis
ratio tota dependet ab illa quaestione: an pecunia ex venditione
ne feudi redacta sit feudalit? de qua *Dn. D. Arum. d. f. 4. tb. 5.* ubi
negat & rectè, *propter c. si vassallus de beneficio 2 f. 26.* Hoc igitur
impetrato firmiter stat thesis, quia pretium, cum non sit feuda-
le, nec jure feudi censetur, & per consequens de eo optimè
testari Vassallus poterit. *arg. l. 12. C. mandat. Schrader. d. loc. n. 34.*
Non obstat quod surrogatum sapiat naturam ejus, cui surroga-
tum est. *l. si ex lapidicinis. 32. ff. de jur. dot. l. 28. §. 2. in f. ff. de judic. §.*
fuerat. 29. Inst. de act. Respondet enim eleganter in simili casu
Goth. in not. ad l. 48. §. f. de furt. lit. k. hoc non esse universaliter
verum, quemadmodum etiam non sequitur, rem emptam
succedere in conditionem pecuniæ, ex qua res ipsa comparata
est. Tunc ergo valere dictum axioma dicendum, datâ paritatis
utriusque & surrogati, & ejus, cui surrogatur, ratione, quod
hoc loco secus est, quia ex feudo, quod consistit in re immobi-
li, comparatur pecunia, quæ sine dubio mobilis. *Arum. d. loco.*
Schöner. lib. 1. disp. f. 6. thes. 31.

XXIII.

An valeat ultimæ voluntatis dispositio in eo, ubi feudum
melioratur. Affirmo meritò. Utilitatem enim & augmentum
feudi quærere Vassallus potest, imò debet. *per c. un. de form. fid.*
meliorem namque conditionem feudi facere potest, deterio-
rem non item, *c. un. vers. e contrario. de invest. de re al. fact. 2. f. 8.*
Dum tamen ne tali meliorationis intentione tota mutetur
feudi forma, ita ut ad pristinam reduci non posset formam.
exemplum profert Schrad. p. 7. c. 2. n. 23. & 24. Cujus ratio hæc
reddi forsitan potest, quòd formâ ita mutatâ commoditas
utendi fruendi in investitura certo modo præscripta im-
pediretur.

XXIV.

XXIV.

5 Agmen thesium claudat exceptio hæc, quam svadet specialis ratio: Quòd Vasallus feudum ab aliquâ Ecclesia recognoscens possit hoc in aliam Ecclesiã nõ modo inter vivos, sed etiam per ultimam voluntatem transferre, i. ut hac ratione feudum eripiatur è manibus laicorum. Honestius enim est, ut sit penes Ecclesiam quàm laicum. *Curt. p. 4. n. 126. lim. 4.* 2. quia omnes Ecclesiæ membra sunt universalis Ecclesiæ. *c. 1. §. una vero. extr. de sumpt. Trin. & fid. cath.* Addendum tamen, quod transferre hoc possit Vasallus eo jure quo ipse possedit, *l. neo plus juris. de R. 7.* Unde consequitur, quod feudum eodem jure maneat apud Ecclesiam, sicut mansurum fuisset apud Vasallum, & ita Vasallo ejusque herede absq; heredibus mortuo feudum nihilominus ad priorem Ecclesiam Dominam debeat reverti. *per ea que habet Schrader. p. 7. c. 2. n. 42. & 43. Schönner. d. disp. tb. 32.*

Et tantum est, quod pro ingenii tenuitate hinc inde colligere licuit. Sicubi ergo aliquem irrepsisse errorem, vel minus solidè tractatum quid contigerit, benevolus lector ignoscet, perpensâ materiei hujus & gravitate & raritate; memorq; illius, quod dictum est à Marciano *in l. 65. ff. de legat. 3.* Omnes adhuc discere possumus, & omne artificium recipit incrementum.

Ut igitur id, quod à nobis bono est inchoatum principio, bono itidem & laudabili terminetur exitu. *c. principatus. 25. & 6. Paulus. 26. caus. 1. quest. 1.* Ideoque Deo soli & poli directori sit laus, honor & gratiarum actio in sempiterna secula.

F I N I S.


ULB Halle 3
003 862 070



Stb

VDM







177.

Quod felix & faustum sit!
DISPUTATIO JURIDICA
De

1637, 8
17

SUCCESSIONE FEUDALI TESTA- MENTARIA,

Quam
Fortunante & auxiliante
DEO TER OPTIMO TER MAXIMO,
Approbante & corroborante
NOBILISSIMO ATQUE AMPLISSIMO IN INCLYTA JE-
NENSIVM ACADEMIA JURECONSULTORVM ORDINE
Patrocinate & moderante

Viro Amplissimo, Consulissimo atque Excellentissimo

DN. ERASMO UNGEPAUERO,
Jcto eminentissimo, Prof. P. celeberrimo, Con-
siliario Saxonico gravissimo, nec non Curiae Provincialis & Scabinatus
adessore dignissimo, ut & Juridicæ Facultatis Seniore honoratissimo,
Dn. Præceptore ac Patrone suo summo honoris & observan-
tiæ cultu atatem prosequendo,

In Jureconsultarum acroterio

Ad 9 Decembris diem

Horis matutinis

Publicæ submittit censuræ

CHRISTIANUS Detleff Plaviâ - Variscus.

*Sicut auri bonitas tunc facillimè noscitur, quando alteri auro com-
paratur; Ita collatio sententiarum & doctrinarum valdè illustrat verio-
rem & perfectiorem doctrinam. Herodotus lib. 7.*

J E N Æ

Sub calcographéo JOH - CHRISTOPH. WEIDNERI, Anno
M. DC. XXXVII,